B 76.

S. Brevibus accipe quid velim. Scripsit Falco Cos. Friburgẽsis ad me
superiorib. dieb. Et quod audiuit me cõmentariũ parare in libell. Glareani
nostri, monuit me ex nescio quo authore loci cuiusdã, quẽ, si bñ intelli
go Glarea. Doggiã, ipse Turaniã appellat. Deinde Plin. meminit, cui
nomẽ Ludimaro, an Limagũ dicat mihi incertũ. Scribit hæc in vita
Diui Galli inuenisse. quæ quod mihi deest, indagare nequeo. rogo in hac
re tantũ temporis suffureris tibi, ut q̃as aliqd de iis locis reperire, mi
hi perscribas. Cæterũ Poëtica tua a Ludouico Sprĩnlio ex Vie
na transmissa est. Vale. id unicũ semper opto ex corde. Ali
no tabellariũ nõ sinit me diutius esse apud te. Vale iterum.
Tiguri tertio Kl. Nouẽb. anno M. D. XVIIJ. Optat te sal
uũ uxor mea, et filiolæ.

+

Myconius tuus.

Excellentiss. atq; doctiss.
uiro Joachimo Vadiano
Medico, Poëtæ & oratori
clariss. amiciss. suo.